



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Successor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

SUBSIDIUM CHARITATIVUM.

Primò, à quo possit imponi.

Secundò, an possit præscribi.

Tertiò, quale possit Episcopus ponere.

Quarò, quibus ex causis.

Quintò, à quibus exigi possit.

Sextò, an compelli possint subditi ab ipsomet Episcopo per censuras ecclesiasticas? Super hoc vide Boer. *dec. 133. 134. 135. & 136.* ubi ista omnia habes sigillatim. Clem. fin. & ibi gl. in *ver. in exigendo*, & Abb. *nu. 2.* & Ioan. Fran. de Pavinis, *tract. de charit. subs.* quia intentio mea est non trahere.

Septimò, quantum debet taxari pro isto subsidio charitativo; vide Affl. *dec. 136.*

Octavò, quomodo, & quando debeat à vasallis domino, pro maritanda, seu monachanda filia, vide Vinc. de Fi. *decif. 42.* ubi alio vocabulo vocat illud adiutorium, & *decif. 73. 76. & 131.*

Nonò, an inferiores Prelati hoc possint exigere, vide Panor. in *c. cum Apostolus*, *nu. 6. de conf. Arch. in c. fi. 34. dist.* & an monasteria ad hoc teneantur, Abb. in *c. l. num. 6. de stat. monach.*

Decimò, subsidium charitativum potest Episcopus exequi, non obstante appellatione confratrum negantium solve illud, si confratres sint de loco pio. Caputaq. *decif. 328. 1. p.*

Undecimò, an à solis beneficiatis, vel etiam ab illis qui sunt promoti ad sacros ordines ad titulum patri nonii possit Episcopus exigere charitativum subsidium: respondetur quod sic. Nav. in *conf. 5. de cens.*

Duodecimò, an exigente necessitate possit Episcopus petere à Clericis suis subsidium charitativum: respondetur quod sic. Nav. *conf. 2. de cens.*

SUCCESSOR.

Primò, successor in dignitate potest revocare male alienata per prædecessorem suum, Abb. in *c. Episcopi*, *nu. 1. de reb. Eccl. non alien.* adde *decif. Caputaq. 245. 1. par.* & sic dicit tenum fuisse in Roma, anno 1552. die 18. Januarii.

Secundò, quando teneatur stare contractui factò per prædecessorem, vide in *ver. alienatio*, §. 3. *conc. 13.*

Tertio, quando successor teneatur pro factò sui prædecessoris, vide quæ dixi, & allegavi, *suprà.*

Quarto, an teneatur solvere debita contracta per suum prædecessorem; videtur quod sic, in *cap. 1. de solut. & in cap. ex presentium. de pignor.* & ibi Abbas: tamen dicitur quod non, etiamsi nomine Ecclesiæ, Nav. *tract. de spol. §. 12. num. 6.* nisi pro necessitate, prout *ibi, num. 7.*

Quinto, an & quando successor in beneficio teneatur stare alienationi contractui promisso, ex factò sui prædecessoris, vide per extensum Rodoan. *tract. de reb. Eccl. non alien. q. 57. per totum*, & etiam mandatum factum per Papam suo prædecessori, exequi, *ibid. num. 95.*

SIMONIA.

Quamvis in spiritualibus & beneficiis pacta fieri prohibeantur, *c. fi. de pact.* quia tanquam illicita reprobantur